

Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 33

Domno sancto et in christo patri asuario abbate ego uuicbertus quatenus a mea petitione vestra habuit pietas hac benivolencia ut res iure proprietatis meae in villas qui vocantur lullingas et addeobace et acaliaimo Sitas in pago uuabrinse quem ego pro animae meae remedium ad monasterium s. salvatoris per strumenta cartarum delegavi in beneficium dum adiuvo excolere permisistis ea scilicet ratione ut annis singulis ad missam s. salvatoris solido uno in luminaribus ipsius basilicae solvere debeam tam pro ipso censo quam pro animae meae remedium et ipsas res nec alienandi nec abstrahendi nec minuandi in omnibus non habeam potestatem sed post meum quoque discessum quandoquidem domnus voluerit evenerit ipsas res emelioratas absque ulla expectata traditione vel iudicis consignatione in vestra faciatis revocare dominatione perpetualiter ad possidendum. Hanc autem precaria non sit necesse de quinquennium in quinquennium renovare sed ista sola per se sufficiat facta precaria sub die VII Kal. iulii anno XVIII domno nostro Karolo gloriosissimo rege. Signum Uuicberti qui hanc precariam fieri et firmare rogavit S. herloino S. guntero.